icus aptissimè excipiebat, & ad ruinam pronus reddebatur, & ruens murus, hostes ad consensem invitat. Nunc autem contrario vtrummodo: nam ab imo fossè, usque ad fasciam ad rectum angulum consurgunt mœnia, & si aliquantulum quis inclinanter, firmior redditur, ut supra fasciā, ubi quassatio extimetur ex aggeribus, adeo resupinata sunt, ut tormentorum globis, obliquum præbeant dorsum. Multiplici experientia clarum est, vehementissimus tormentorum i^ccus, si oblique excipientur, languescere, & irritos reddi. Tangens ex abliquo mollissimam maris aquam, extortus è tormēto globus, ad pares angulos refiliens, in aduersam labitur viam, non sine omnium admiratione. Videlicet tabulis in æquilibrio positis impulsa missilia, circumacta i^ccus cludere, vix tactus signo loco, in q̄ locum diversissimum euadunt, in quem erant destinatæ. Ad summum dicimus, quod tormentorum pilæ ex obliquo murum ferientes, labascunt, labuntur q̄ sine vlla, vel minima muri offendione, & hoc modo non solum mœnia non quatuntur, sed si eius pars in fossam ceciderit, non ob id scalam hostibus præbebit, ut ad muri apicem descendant, & coronam oceupent. Muri altitudinem determinare non arduum erit: nam quanto maior, eò melior: nam si brevior erit, & quassatus fuerit, suis cementis facilem ascensum præbebit, & si eminens fuerit, non ita facile subibunt. Præterea si altiores fuerint, inferiori agro dominabuntur, longè perspicient, & hostes longè ab aggeribus expellent. Sed in omnibus moderatio conducibilis est: nam si altiores fuerint, impensa maxima erit. Igitur inferior pars ad fasciam usque in sesqui altera erit proportione, scilicet dimidia pars altior, ut superior pars 24. pedibus, inferior 36 vtriusq; 60. Obliquitas superioris muri erit pars à summo ex ea parte, qualibet aspicit, usque ad fasciam. Retro erigantur pilæ usque ad muri summum, post testudinabimus, ut amplam habeant defensores viam, qui murum tuentur. Exemplum.




Regula centipeda, qua

Hac pictura, qua arx forma ad prospectum
se & inspectandam præbeat repræsentatvr.




septi dimensio constat.

Muri



Muri corona solidanda est , vt tuto milites ab ea abscondantur . Exteriores aggeres paulo eleuatiōres constituēndi , ve hostes ex eis , cum mōnia tormentis quatiant , pilz muros superlambant.



Recentiores alio modo construunt : nam altitudinem illam muri bifariam diuidunt , in prima inferiori parte aggerem , & prunas constituunt , & retro amplam plateam sternunt , ante perpendiculariter thoracem erigunt , à tutando thorace dicta , vulgo parapetū : qua defentores , & commētantes vti possint.

possint, ex hoc dupli beneficio institutum est. Primo in agressione si deciderit terra, excipiet via A, quæ intra urbem deferri potest, nec cedit in fossam. Secundæ erit si hostis in fossam descenderit, ex hoc loco facile repellere poterit, ne fossa potiatur, nec murū aggredietur, donec hæc via incolumis fuerit.

De pomærio constituendo. Cap. XXVI.

Pomærium erat locus tam intra, quam extra murum, quem antiqui in ordinandis vrbibus inaugarato consecrabant. Varro pomærium dicit, quasi post murum; nam antiquitus mœrum proximo dicebatur. Festus vero pomærium quasi promurium, idest muro proximum. Gellius. Est locus int̄a agrum, per totius vrbis circulum, pone muros, certis regionibus determinatus, qui finem facit vrbani auspicij. Pomærium à Romulo institutum Palatini montis radicibus terminabatur. Erat tunc sacer, nec fas erat cuiq; ibi ædificia collocare, pluribus de causis, & primum ob incendij timorem, ne ex priuatis ædificijs vagans ignis vrbis munitionem depopularet. Præterea verebantur insidias ciuium, ne cum hostibus conuenirent. Tertiè cum hæc ædificia ab obfessoribus tormentis quaterentur, disiecti lapides defensores vulnerarēt retro agentes, & fossas ruinis replerent. Etiam ut esset locus, quo milites, machinæ, tormenta haberentur, ut necessario usui presto esset; unde antiquitus lege cautum erat, ne in pomærio ædes construerentur: & Romani Imperatores iussu cauerunt, ut ædificia in pomærijs sternerentur Titus Livius de pomærio loquens, quia suis temporibus priuatae ædes muris adhærebant, iussu primatum exciderentur, neque eiusmodi locis ædificaretur prohibitum est. Et ubi formidatur obfessio, militares architecti Ecclesia, ex sacra loca, & ciuiū habitationes, quæ mœnibus propinqua sunt munitionis vice omnia deuastant, & sternunt, ob id ne hæc ruina succedat cautum erit posthac, ut pomæria integra sint, & vacua. Cuius latitudo quinque passus construebatur.

De mu-

De Munitionis Scenographia.

Cap. XXVII.



Quum esset, quod hucusque præceptionibus comprehendimus, nunc lineamento conformare, & erectū sub aspectum exprimere, ut assurgens opus à fronte, latere, ab imo. & quod intorsum est repræsentetur, in Scenographiam in vniuersum intueri liceat. Sic pomoerij spatum A, ascensus terrapleni B, murus C. angulus interior propugnaculi, siue gula H, fenestrae propugnaculi D E, murus propugnaculi K, angulus interior, siue gula H, exterior promiciens L, accubantia muri L O, fascia N M, lorica L M.

Figuram quæ fol. 124.



IOAN.

IOAN. BAPTISTAE PORTAE NEAP.

De Munitione.

L I B E R T E R T I V S.

P R O O E M I V M.

VIA in munitionis definitione libri iustio diximus esse locorum septem, sed nunc, quid per loca intelligeremus, oportet sigillatum recensere, postquam de reliquis ad munitionem attinentibus, latius, quam par erat, expatiati sumus. Inter loca municipia sunt arces, parvae urbes, Cittadella dicta, propugnacula, seu forti, itinerum defensiones, fluminis, & portum, & castam etationes, de quibus, ubi locuti fuerimus, nihil reliquum est nobis, ut dicamus.

R

Si in

*Si in regno aliqua munita urbs una sit magis
necessaria, vel plures arcæ. Cap. 4.*



Rrimo loquemur de arcibus, siue roccis. Sed inter altercantes milites sepius queritur, utram in Regno compaita urbis sit tilior sit, an plures multæ arcæ? Nos rationes ab utraque parte adducas proroneatus, ut omnibus persens; qui eligendū fuerit, rectè consulatur. Ac primum opiniones adducemus dicentium. Frustra in

Regno debere arcæ fabricari, vt potius damnosæ, quæ utiles futuræ. & Romanos solos vincere, & regnare scienges, in conquistis denuo regnis, neque castis, neque urbiculis neque arcæ adificasse. Præterea tunc arcæ fieri debere dicunt, vel cum hostes, vel ciues timemus. Si hostes ignites sunt, quia plerunque in causa sunt, ve Principes ipsi consili, male subditos trahent, unde ipsi & si pacis tempore suos dominos ægræ ferant, belli tempore hostibus moliantur deditio[n]es, unde principibus & cum subditis, & cum hostibus eodem tempore bella sunt gerenda. Adiuc quia arcæ paræ sunt, vix possunt defendi: nam cum hostes incenia quassarint, & diruerint, defensores militari ordine retræcessiones facere nequeut præ loci angustia (nam his hostes in obsidionibus utuntur) facile capiuntur. Arcæ etiam diffcillime custodiuntur, tum ob multas impensis, quas requirunt, tum etiam ob prodiciones, quibus maximè sunt obsidixit; cum fame, & alijs necessarijs rebus laborent, atque multorum exempla ad eorum opinionem confirmandas adducunt. Nicolaus Vitellius omnes arcæ ciuitatis castelli dixit, ne eas hostes possiderent. Guidobaldus Dux Verbinas in Regnum reuersus, ex quo a Cesare Borgia expulsus fuerat, arcæ omnes fanditus deleuit, existimans Regno sic metius posse dominari. Bentivoli Bononijs redeunt, idem secere. Franciscus Sforzia Mediolani Dux arcem construxit, quæ suis aduersis hihil profuit. Aloysius Francia Rex Duodecimus receptis Genuis, arcem Codicu dictam crevit, sed

xit, sed eum Galli ab Octaviano Fregosio expellerentur, armis fame, & deditione receptam funditus prostravit. Alij vero contra hec inquiunt, Quod sepiissime Principes cum suis exercitibus bella, & simulacres gerunt, & sepiissime subditi suos Principes producunt, unde res non solum utilis, sed necessaria est arcem fundare, in qua suborto populari furore, se curio possint recipere, & Arces sunt veluti pena, & obstacula subditorum. Præterea urbes multoties amissæ sunt, sed arcium auxilio denuo in nostram potestatem deuenierunt: nam cum ex ea milites in urbem immitti possunt, absque cuius auxilio, & incensia quævis, & denuo diruptoportuerit. Accedit etiam quod cum Principes sunt urbe priuati ad alios, & amicos, & confederatos Principes accurrentes, dum auxilium expectant, in suas arcas recipiant. Hinc cognosci facile potest quantum referat in urbibus arcas habere, militibus, machinis, necessariisque, & munitionibus. Et si ad exempla configiendum sit, Eorumq[ue] Comitis suo Vicomercato in arcem se recepit, ip[s]a quæ a populari impetu, & feritate se subduxit ubi amicorum præsidia expectauit, & hoc modo sua urbe potita est. Antiquo tempore Tarentum arcis ope a Fabio Maximo recuperata fuit. Et Brixia capta, ex arce milites prodeentes urbem repperunt. Aristoteles opinatus est, quod in Republica nobilium, & paucorum arcas, valde opportunæ sunt, popularium noxiæ. Placito negat in urbe arcem condì debere. Sed sunt alii dicentes arcas non solupa commoda, sed necessarias, cum aliquando subjectæ urbes cum confederatis inimicis gerentes ab alijs Principibus ciues vel corruptuntur, vel produntur, ut in manibus inimicorum perueniant. Ob id oportet arcas habere, ut ejusmodi periculis possint subveniri. Et quod maxime fiat necessaria, argumēto sunt, quod ab antiquo tempore usque ad nostra semper condī solitæ sint. Superiorum obiecta, & exempla facile diluuntur. Nicolaus Vitellius ideo arcem substatuit, quod ex sua urbe expulsus, atque ea ab hostibus capta, cum postea popolorum ope ciuitatem recuperasset, maximo deinde labore, & hominum clade arcem recepit, & præsidia, iecit postea formidans ne idem eugenaret, & denuo tantos labores, & clades sufferre opus esset, arcem delevit. Idem euenisse Guidobaldo memoratur.

R 2 Et si

Et si Romani hunc tam arces edificarent, in causa fuit magna eorum potentia, quæ subditis, & omnibus nationibus erat formidabilis, ut necesse eis non fuerit viribus populorum frene habere: nam maximos exercitus in cõfinibus prouinciarum habebant; & tantorum Regum finitimarum confederationem. Quod patet arces se tueri non possint, falsum est, munitiones enim recentiorum etiam, sine retrocessione, sive ritirata tuerentur.

De arce condenda. Cap. I.



R A B O sur Geographia libro decimo tertio ex Platone, & Plato ex Homero refere, tria hominum viuendi genera post diluvium exticisse. Primum aquas denuo futuras reformidans in ipsis montium cacuminibus habitabant. Secundum in montium radibus cum campi arescere cepissent. Tertium in platis; Postremum genus ex longa temporis incoluntate audactus factum, metu omni amoto, in oris maritimis, ac deum in insulis ipsis urbes posuit: vnde antiquissimus fuit mos in montibus edificate. Sed prius ab situs electione insipiens dum. Non eligendus est autem crepidinofus, horridus, steriles, ut philocipros fuit, aut ut Caligula decreverat in ipsis alpium cacuminibus, sed amoenus & placidus collis munietus, in quo aer tenuiöt, & purgator est, & sepissimeljs locis contingit, ne optimus Dux illam habitare deditetur, & custodiare. Et quæ intus conduntur ad defensionem necessaria ab omni putredine incolunt seruentur. Circum circa, secundum possideat agros, & vberes, vt non solum incolis vicuum subministret, sed etiam extraneis possit subuenire. Mons sit silexus, qui nec lagonis, nec cuniculorum reformidet iniuria. Desurrat propè cum navigabilis fluuius, vel mare ipsum, hoc enim modo nullæ deerunt commoditates, immo diuitijs effluent incolæ. Et si fluuius desit, præcipue attendendum est, ut aquæ intus viua non deficiant, vel propè surgentes. Artes eniā aquis carentes, facile obſidentium præde sunt. Obſpiatur

piatur mœnibus, sed locis præruptis, in quibus errecti colles, præcipitia, & valles circumveniant, ut interposita locorum iniquitate, difficillime ab hostibus superari queant, & obsidri reliquuntur sine munitione. Vel partim in mare, partim in terris, vel vniuersa marinis aquas circumdetur, vel fluvialibus, vel saltem lacustribus. Tale enim modo ex ruginosus auxilium recipere potest milium, ciborum, aliorumq; necessariorum. Monet Albertus, ut minoribus sumptibus, vigilijs, curisq; arx ipsa custodiatur, vnicā porta, laxa, & sublimi instruatur, ponte mobili, qui pro temporis occasione projici, reduciq; possit, & cum necessitas exigat, quaquaversus expeditas habeat irruptiones. Sed non Principem priuabimus secretiori quodam ostio, quo occasione temporis postulante, non solum pede, sed equo prodire, & se recipere possit. Vbi arx præcipitijs, & crepidinibus obsepitur, fossis indulcamus, vbi planities circumquaque, profunda fossa, & laxa promunidea est. Postremū illud commonuisse proderit, vt in hāc arcem nemo arcessetur, nisi qui fortitudine, fidei integritate, vel specie probitate, vsu & experientia peculiari commendetur, vel eiusmodi hominum genus, quod vel artificio aliquo excellat, vel aliquos ad usus domesticos, vel publicas necessitates obsequentes operas praestabunt. Proditorum, perditorum, ignauorumq; turba arcenda, ne quid, vel eorum perfidia, vel ignavia, vel onere ad deditio[n]em faciendam cogantur.

Diversi arcium generibus. Cap. 711.



Otissima vigilare, & usu construuntur arcēs, siue ut vulgo vocat, forti construuntur vel perpetuo mansuræ, aut post occasionem deleturæ. Ad perpetuitatem construuntur in confinijs hostium, ut veluti fræna eorum desideria refrenentur aliena inuadendi: nam sine hoc freno, quis posset inimicos retinere, ut alienas regiones intrantes, non deprendentur, devastent, & aliena occupent. Possunt etiam vniuersum exercitum remorari, cum inuadendi causa veniunt, talis fuit Ciuitella, in hu-


in huius Regni confinio, locata super flumen *Tronti*, cum vniuersum Gallicum exercitum non solum remorata est, sed ut dissolueretur coegerit. Eriguntur etiam in tempore ad urbium obsidionem, vel hostium in apertis campis; nam post deletas vrbes, vel hostes, etiam & ipsæ delentur, quarum usus apud antiquos notissimus. Scribit Ioseph, quod Romani in Hierosolimarum obsidione, ut arctius iudeos perstringerent, tredecim arcus edificarunt, quarum unaquaque decem stadiorum erat, & in ipsis praesidia & excubias posuerunt. Thucidides narrat, quod Beotij in Platez obsidione, dupli muro arcem cinxere, alter Civitatem versus, alter exercitus. Cesari urbem expugnando, ne ab obsecisis obsideretur, vallo, fossa & argine eam circumuallauit. Haec ab antiquis in montium verticibus constitutæ solite erant, quod illuc machina, & tormenta difficultius conuehcerentur; tum quod salubriori arie fruerentur; tum quod minoribus impensis construeretur. Ob id Virgilius.

---- *arces, quibus altus Apollo*

Praefidet.

Idq; Græci animaduertentes, Esculapio medicinæ Deo in sublimioribus locis templum erigebant. Eriguntur etiam ad locorum, viarum, portuum, ac exercitus defensionem. Similes Goletta, & Gerbi nostra tempestate habuerunt. In urbium obsidionibus, ut diximus sepiissime construuntur, quasi earum frenum; nam sicubi aliunde subsidium euenire non querint paucis reliquis militibus pro eius defensione, potius vniuersus exercitus obuiam ire, & manus cum eo conserere, & reperacta ad obfidionem redire. Hæc quadrata, vel parvo conteret, ambitu ex ea parte, quæ ad urbem vergit, munitior esse debet, quæ amicos recipit, remissior. Praexcelsa sit altitudine operarum, ut ciuitati dominari possit. Formæ præcinctus vel stellaris, vel quatuor propugnaculorum, vel sinuosis muris, vel a lateribus defensores defendere, & se tueri possit. Et si hanc formam sepius improbauimus, ut imperfectionem, nunc situs necessitas, & impensarum parcitas nos ea uti cogit, in quo non tanta munitionis necessitas urget.

Deca-






Astra edificantur in urbibus Metropolitanis, id est totius regni principibus, ut in Neapolitana, & Mediolana urbibus. Necesitas castris erigendi erit, ut si forte fortuna ciuitatis expugnetur, remaneat incolumus castrum, in cuius expugnatione, noua obsecro, & expugnatio subeunda est. Vnde labor, tempus, impensis seruatur, interea vel pestis grassans, vel caritatis annona, vel militum discordia, que accersita veniunt auxilia. Urbis etiam diuitiae, vel primores in eo conservantur, & in obsidionibus mutua auxilia conferri possunt, aut urbs castro opem feret, aut urbi castrum. Sed prius loci situs despiciendus est. Quādo castra edificanda sunt, loco constituantur totius ciuitatis arduo, & egregie natura, & opere munito, ex quo in urbem traiectum sit, ut muruis auxiliis subueniantur. Nec loco constituantur urbis debiliori, ne adueniens hostis urbem expugnaturus a debiliori iniciuatur sumat, ac potito castro, urbem inuadat. Atsi castrum positis ipso satis pro se tutum, etiam si hostis urbem expugnarit, formidet castrum, & laboris pretēsus nouæ expugnationis, quasi viribus elusus, obsidionem soluat. Eligendus est situs in locis præruptis, in quo intercisi colles, & valles circumueniāt. Vel si saltem minus idoneus sit, tūtior pars in campestrem planitatem prospectum habeat, infirmior in urbem sit talis, ut ex grīsetus auxilium recipere possit, quod ijs locis facile conse qui potest, qui, ut diximus, in montibus constitutæ fuerint, a vallibus, præruptis vijs, & præcipitofis coropata, vel quæ partim in aquis, partim in terris. Optimus autem manūfatus erit, qui utrumque possidebit, & montes, & rupes, & mare, scilicet montem sublatum, mare suppositum, ac longo mœnum circuitu mare complectatur, & montem, & mare montem tuetur, & mons mare. Undique circumspicit, et si verumque consequi eodem momento nequeat, utrumque separati muniatur, ut alterum ab altero tueatur, & utrumque mutuam opem consequantur. Præstabit si locus propè ipsum sublimiorem alterum non habeat, sed omnibus superemineat saltem

Saltem ad tormenti iactum. Et si circa depresso collis, aut
 tumulus prominebit, ex quo murorum quassatio formidetur,
 intra sepimentum referetur, ut ex eo potius hostes verberemus,
 quam ab eo ex hostibus vaporemus. Saltem attollatur ea al-
 titudine, ut omninaque liberum perspectum praestet, nec al-
 quid in vicinia existat, quod inde visu nequeat explorari.
 Dum moenia designantur, non in præruptis cautibus edificen-
 tur, ne temporum iniuria cum ipsis cautibus moenia collabam-
 tur. Si mons lapideus, mollis, aut tener fuerit, in quo maxime
 cuniculum formidatur, laxi passim interstruantur putei, quo-
 rum ex apertis faucibus suppositi, & accensi ignes euomantur.
 In montium locis, ubi murorum quassationes non formidan-
 tur, non solidis, vel terraplenis vtenur, vel latis propugna-
 culorum lateribus, sed sinuosis anfractibus, impensis maximis
 parcemus. At si castrum partim in plano, partim in colle positi-
 tum erit, in ea plani parte, in qua tormentorum quassationes,
 & hostium aggressiones expauescimus, solida moenia, ac ter-
 rapleni constituendi sunt, ac propugnacula sua habeant soli-
 da latera, ac magna retro platea relinquenda est, ut si neces-
 sitas postulauerit, una, vel altera retrocessio constrixi possit.
 Et ubi maxima quassatio formidatur, ibi maxime propugna-
 culorum anguli obiciendi sunt, quibus missilium, & globo-
 rum vis appetens, angularum frontibus diffissa latera segnius
 ledant. In lateribus demum tormentorum apertiones pene-
 rentur, arctiores, latioresque prout usus, cui destinatur,
 postularit: laxiores maioribus tormentis, minusculas (nam
 a maioribus tormentis feriandum est) & minoribus missilibus
 hostem furtim affigendu. Ostia, quæ minora, eò meliora, nam
 paucis numero vigilibus custodiuntur, saltem duplice, vel mo-
 bili ponte præmunita, qui modo reductus, modo proiectus
 ad singula temporis momenta, quoties usus expostularit, nunc
 aditum præferant, nunc subeundi adimant facultatem. Latum
 ex altera parte ostium habeat, ut si perfidia tuorum, aut sedicio,
 aut necessitas aliqua urgeat, aditus habeat mittendi, recipi en-
 diq; militum, satellitumq; præsidia. Commonet Albertus, ve
 in castrum ex urbe secretus aditus ducatur, ve succedente tem-
 poris necessitate, clancularios accessus, peditusque mutuos
 præstet. Vnde expedit testudines subterraneas ita munire, ve

S à vali.

at validis forniciis exceptis, superurgens pondus facile perferant, quartum ostia a vulgaris frequentia remouenda sunt, ut paucis, ipsisq; integras fidei ciuibus sint cognita. Commodi præterea sunt in castro reconditi secessus, quasi cellulae thesauris asseruandis, alijsq; Principum necessitatibus destinabuntur. Putemus quoq; copiosè infodiendi, aut cisternæ, prout usus, loci, ratio postulabit. Nec minus ad officia desiderentur, penu, annoniq; asseruando destinata. Infra subterraneæ cellule vinariæ, supra tabulata pro granariis, quibus triticum, hordeum, legumina, & id genus similia reponantur, ut in rei frumentariz carentia, ijs famem absoluamus. Dein secessus pauci in muris non deerunt, in quibus excubiz hybernæ pluvias, & statis Soles, aliasq; cœli iniurias propulsent. Et proprie ostia introrsum cellæ, in quibus particores, vel ostiarij inhabitent, & aperturas in muro quasdam habeant, quibus liberam, expeditamq; trans murum prospiciendi facultatem possideant.



De urbiculis, vulgo Cittadella dicta.

Cap. V.



Rbicula, id est parvæ vrbes, quas *Cittadellæ* vulgus appellat, non omnibus in locis, neque ab omnibus Principiis construendæ sunt: nam sapissimè populorum seditiones, & Principiis ruinas afferunt, ut contra eos videantur erectæ: nam si in liberis Principatibus, aut Republicis construuntur, ciues sibi fide, & honore taxantur, quia in eos Principes non confidunt, atque *Cittadellæ* ipsa pro freno, iugo, & carcere eorum construatur, ac denique eos, suosq; nascentes pro seruis, & mancipijs habere, exspectantes iam dudum in virga ferrea gubernari, & magis gravari, affligique, quidam in iustitia exaudiri sperantes: vnde si prius amici, fidelesque fuerint, ab *Cittadellæ* fundatione, non solum ciues illico manifesti, expressisque hostes evadunt, sed Principes omnes, qui in vicinia consistunt, suspiciosi facti, contra eum arma preparant, occasionem expectantes, quæ vbi occurrerit, in unum conuenientes à Principe ditionem faciunt, atque urbiculam illam evertunt. Perpetua temporū experientia cognitum est, contra urbiculam edificantes fideles ciues priuatos hostes futuros, at contra eos, suosque hæredes arma manibus capere, ac urbiculam ipsam contra se constructam euertere. Contra autem, qui subditos suos amicos, fidelesque exoptat, debet eis sua priuilegia confirmare, datia tellere, redditibus exonerare, & arces, & *Cittadellæ* euertere, hoc modo ex inimicis, & rebellibus amici, fidelesque evadunt. Fundandæ sunt igitur urbicula in ijs regnis, quæ de rōuo conquista sunt, in quibus populorum seditiones formidantur, ut repentina aliquo populari insultu habeant Principes, quo se recipiant cum suis fidelibus, tanquam ad aylum, & hostes remorentrur, dum se, suisque à popularium iniurijs vindicent, in ijs igitur urbibus, vel regnis, quibus Principes antiquitus dominati sunt, ea non indigent, nec populorum seditiones timentur. Vnde Principes cas adificaturi, non tenere ac fini-

S 2 ratiō-

ratione, & causis urgentibus, ac inspecta loci, temporisq; occasione ipsius adificatio exordienda est. Primū loca præmunita natura eligenda sunt, vt si vrbs ad hostes defecerit, ipsa per se sola se possit tueri, ac hostes ratis per remorari donec aliud de accessu auxilia deuenterint. Solitum est eiusmodi cau ad amicos, & confederatos auxilium rogatum mitti, ne de-nuo pro ipsa vrbicula expugnanda, noua expugnatione opus sit. Eiusmodi nunc Senis construenda est temporibus meis. Murorum circuitionem fossa fulciemus, vt situs, locique ratio tulerit. Postremò omni tormentorum genere, alijsque machinis, quas obsidionis necessitas, ususque exigit, copiose comparentur, vt in promptu omnia disposita sint, vt laborantium saluti, macte possit subteniri. Maxime tamen tormetario paluere feruando diligentia habeatur. Ob id secessus quosdam secretos eligemus, & exili teatro operiatur, vt si casu aliquoflammam concipient, vis, impetusque flammæ conflagrēt, libere ad celum afferatur, nec vrbiculam lèdat. Sunt enim hæc frena & reinacula sedicioſorū, & proditorum: nam cum sciunt adesse frenum, quo vrbs possit recuperari, & ipsi ex ditione capite plecti, lentius & cunctatius de ditione deliberaunt, labantes animos confirmat, ac de nouo nihil astutos timent.

De portibus munientis. Cap. VI.




Via ab initio loca munire spopondimus, inter loca etiam portus intelliguntur. Iubet Plato libro de legibus, vrbem longe à mari saltē decem miliaribus debere condī. Sunt qui iudicent id dixisse ob aeris insalubritatē, & contra Platonem inuectūtor, quo Neapoli, Venetijs, Genua, & Constantinopoli maritima vrbes, & optimo aere fruuntur. Sed nimis insula fuisse Platonis institutio, si de aere intellexisset, sed quia re vera valde falsuginosæ sunt, & ex varijs vicinijs, & commercijs mores mutabiles, & infidos inclitiū parere animis, & ipsa ad se ipsū in fide & amicitia aliquid

Nam facit, & ob mercium exercitum animi viles sunt. Et alia nos addemus causam. Ex maris commoditate hostes contra eam subitas expeditiones facere possunt, & incautos, & imprparatos aggredi, & urbem euertere, maxima commoditate obsedi possunt, & exercitus paruo tempore, & impensis euchi possunt, nemine itinera impediente, omnia necessaria facile conduci, & deficientia, & auxilia recipi: & ob id multæ ciuitates euersæ & desolatæ ab hostibus fuere, per paucæ verò mediterraneæ. Sed minimè inficiabitur maritimæ urbes omnibus mercimonijs abundare, & rebus non solum ad viuendum, sed ad bene viuendum, & ciues omnes diuitijs affluere. Nam & si urbes illæ maximis abundant commodis, quæ in plano constitutæ sunt, ubi curruum commoditate utantur, quid sperandum de ijs sit, ubi nauigijis merces, & necessaria conuehuntur? Et si propè eam flumen decurterit, etiam magis abundantabit, & ex longinquierib[us] regionib[us] subueniri poterit. Præterea ab hostibus difficultius obsidentur, nam dupli exerceitu opus habent, & terrestri, & maritimo, vt Alexander Magno Tirum obsidente euenerit. Alteram habet præterea mare commoditatem, facili enim, vt urbs piscatu abundant, quod in annos carentijs, & belli tempore non parum ad famam subleuandam conducat, cum mediterraneis urbis difficiilius conuehantur. Præstatq[ue] mare, vt ciues suas merces carius vendant, & alienas vilius emant. Sed quæ animi recreatio, quæ voluptas Dij boni, videre portum nauigijis plenum, aduenas quotidiane aduentantes, & urbis plateas hominibus plenas? & qui maritimæ urbes incolunt, utriusque commodities, & maris & terræ retinebit. Duplex est portus, natura, vel arte factus, præualet qui à natura, vt Messanensis, qui arte construendus erit maxima consideratione oportet, ne immensi labores vastæq[ue] pereant impensæ. Portus qui arte construendi sunt, oportet primo animaduertere, ne propè mons sit, nevè in eo influant flumina: nam à montibus aquæ relabentes, secum terram afferunt, ligna & lapides, vt portum repleant, vt Neapolitano bis portu successit, vt montium aquarum defluxu, ita terris repletus est, vt nauigijis inhabilis factus sit, ita Baro, Porolinij, & Romæ Claudij portu euenissemus. Sed ubi eiusmodi locis coactus fueris ex ædificare, portus pilis subnixus sit, vt fluxus, & refluxus maris per vnius terram

terram & sordes omnes eluat, educatque, ut Puteolis videantur
 qui multis ante saeculis a Dicearcheis conditus, eodem modo
 adhuc perdurat, nec collum vicinia vñquam obsuit. Sit ab
 hostibus procellarum tempestatisbus, & a minoribus vndis ap-
 primè tutus, vt in eo tute nauigia se recipere, & conquiescere
 possint. Dicemus primo quomodo ab vndis tueamur. In portu
 profundæ sint aquæ, vt ingentes, & onusæ naues se recipere
 possint, ne carina arenam, vel scopulos tangens conquassetur.
 Portus fauces ab uno, vel a pluribus ventis loci familiaribus
 infestari solent, quibus nisi aliquid obijciatur, ita intra por-
 tum infestabuntur, ac si medio essent pelago, cum etiam fau-
 ces obstruuntur, vt vix vel nullus sit nauigijs transitus, opor-
 tet igitur, vt ingens moles, massa satis iusta, vel solidus murus
 erigatur è regione, vt importunos pelagi fluctus, & validissi-
 mas nudas constantissime reijciant, & confringant. Et si alter
 consors erit ventus, etiam alter illi murus obijciatur, in me-
 dio spatium relinquendo, vt capax sit egressus, egressusque na-
 uigiorum, & circumcircæ altissimis muris, nisi scopuli, vel
 montes adsint, muniantur, ne ab alijs infestentur. Ob id ijs lo-
 cis fieri solent, qui aliqua ex parte a montibus, vel scopulis
 defendantur. Portus opere non admodum solido construe-
 tur, neque latera admodum lata & vacua; nam a mari
 murorum quassatio difficillimè evenit. Ut in Na-
 uarino nostris dibus evenit. Et è nauigijs por-
 tus concussus, floccipendendi iactus; nam
 neque certi, neque firmi erunt,
 vt qui è terra.

Sic pos




Sit portus ABCD, fauces AD, que Austro opponuntur, à qua
tur gentes tempestates excitari solent. Munitur fauces EFG
objice aliquo ingenti, quo vnde validissimz propellantur. Sit
que muronatus vt in G, cuius obiectu facilis vndz dirum-
pantur, vt molem perpetuo quatiant, & quia etiam ab Occi-
dentali vento solet infestari, obiectatur ei murus HI, vt Occi-
dentales vndas frangat, propellat, que, sic intus nauigia con-
quiescent. Munitio facilis erit: na n̄ cum in faucibus duz eri-
gantur arces, vel propugnacula, vel transuersa cathenæ
facile excludetur. Propugnacula erunt KL, nec am-
bitus tam curiosus circumdandus; nam à mari
nunquam mœnia tormentis quatuntur.

Vnde stellaris anfractus ambitus reci-
pietur. Latitudo ingressus pau-
lo maius, vel minus 200.
pedum.


Dicitur

De castris muniendis, sine castram et ianibus.
Cap. VII.



I L. salutare tam in bello est, inquit Vegetius, quam castra bene locare; nam si bene locata fuerint, intra ea, quasi murata urbem conquiescere possunt. Loca vbi construenda sunt, a vicino præsertim hoste tuta sint. Cauendum ne propè altior sit locus, qui ab aduersarijs captus, ei officere possit, nevè a torrentibus inundari. Et si diutius commorandum erit, eligatur saluber locus, & vbi aquæ, pabula, & lignorum copia non defint. Area pro militu copia capienda, ne maior multitudine cōstipetur, nevè paucitas extendatur ultra quam oporteat. Figuræ eligenda est, quam vrbibus diximus, saltim quadrata, fossa lata circundetur, vallo, & aggere hostium impetum moratura. Vallu dicū, quod figuratur, & euellatur, vel qd terræ è fundo sublatâ de more mole terræ erigatur, dicūmque à vallis; nā valli fustes sunt, quibus vallu munitur. terra è fundo sublatâ de more aduersum fossæ labrum ejicitur, tortuosæ producēdæ, vt è lateribus incautos assultatores traijiant. Aggeres è globis, cespitibus, sudibusq; infurcari debent, atq; ad iustâ altitudinem attollendi: ambitus forma sinuosa, latera ad vsum tormentorum aptissimè fenestrata ad omnes aspectus, vt à subeuntibus hostibus, defendi possint. Aggeres ad humani pectoris altitudinem eriguntur, vt pro thorace intus vñsi sint. Fossa sexdecim pedum laxitate definiri debet, altitudo sex pedum, ne facile possit coequari, collaterales muri quindecim, vel virginati pedum. Si duo inimici exercitus propinquai sunt, quia unusquisq; suum hostē reformidat, munitiori aggere circundatur, vbi non, quia quotidie mutantur, nec loco diutius immorantur, ob id minus curiosè aggeribus circummunitur. Exemplū vnius apponemus, vt eo modo varij possint excogitari.

Quomo-



*Quomodo hostilibus aggeribus occurrendum
fit. Cap. VIII.*




Oastutis iam, & absolutis vrbium munitiōnibus, opus est, vt circumcirca arbores abscindantur, tecta, tuguria, & omnia eminētia demantur, vt nihil in vicinia existat. quod visu inde nequeat explorari, sed circū quoque liberum prospectum habeat. Vel ne ab hostibus occupata, & vobis exitium & hosti præbeat munitementum, vel sub maioris tormenti iactu, vel saltē per mille passus, vt nil aut libero prospectui, aut iaculandis tormentorum pilis obesse possit, sed visus vndi que per campestrem planitatem expatietur, nec hostis obicem habeat, quo se vltierius progredientem tueri possit, alioquin si transuersum aggerem erecturus sit, tutius arcī h̄esurus, & satis procul initium sumat, vt vndique vulneribus, laboribus, ieiunijs, & vigilijs obruatur. Primo sinuosè, & transuersè vista- ta ratione aggères producuntur, quibus milites protecti, ab vrbis iaculis securius antea commeet. Principio virgulta exciduntur, ad fasces colliguntur, quæ ad coercendas glebas intermiscentur, vt aggères extruantur. Ex tam enim remoto interuallo; scilicet extra maioris tormenti iactum, globi ab urbe emissi, languidius in eos impetunt. Cum autem pro-

T aimio-

simiores vrbi erunt; producitur transuersa fossa; nam tanta
 erit ferreorum globorum grandinatio, vt earum vim nullæ
 contextæ vi minimis vineæ sustinere possint. Sed ex ratione,
 vt ex imo egesta hirsitus in leui marginē urbem verius proij-
 ciantur. Noctu tutius res agitur. Fosse ex interuallo distantes
 viginti pedibus, in quibus bini homines commodè laborare
 possint. Egesta terra è labro decem pedibus longè projicien-
 da, vt quæ profundius eruitur supra superciliū imponatur,
 idque ad sexdecim pedibus altitudinis erigatur, vt operantes
 milites ab omni missilium iniuria liberentur. Vbi verò ad
 tricenos pedes ad fossæ ora ventum est, & ea in potestate redā
 Etā, ex murorum pinnis, ex sublimibus propugnaculorum la-
 teribus, tantus erit sclopettarum plumbearum glandium, &
 tormentorum volantium ferreorum globorum nimbus, vt ope-
 rarij obruātur, vel plagarum multitudine ab operibus acerri-
 mè propulsentur, vt exterriti in aperto confundendi potestas
 sit nulli. Tunc vt irritus sit obsessorum conatus, erigendi sunt
 munitionis aggeres, vulgus bastiones vocant, & in fossæ super-
 cilio vineæ, gabiones vocant, & dolij, quæ globis replentur,
 ad quamvis iniuriam, & vim sustinendam, vt plintorum
 more, tormenta muralia retro protegant, & eorum libratores
 ita, vt tripartita oppugnatione murorum corona decussa, ob-
 ègatis verorumq; laterum fenestris, defensorum corpora cer-
 tissimis, & collimatis iactibus conforsi, à munitione repellan-
 tur, ne possint mutua munera obire & tormentorum oris de-
 honestatis, & rotarum axibus, non sine tormentorum nece per-
 fractis, curulia tormenta ad muros producuntur, vt ad rectum
 angulum proprius, & vehementius quatiant; nam quāto pró-
 pinquius tanto vehementius. Vana est enim eorum opinio di-
 centium, non nisi ad certam distantiam tormenta vehementius
 ferire, nam quanto propinquiores iactus, tanto uehementio-
 res. Tunc enim testudo ad manifestum muros subruendo exi-
 tum ruit. Vbi uero moenia iactibus non intermissis labe facta
 ta fatiscunt, ut suo hiatu ad hostium irruptionem aditum pa-
 tefaciat; ut quaternos, uel quinos milites excipiatur, oppugna-
 tione intermissa, uel fossam aggere compleant, uel noctu intra
 fossam descendant, ut muro appropinquari possit, & ut tutius
 res agatur, & copiæ, & tormenta ulterius producantur, trans-
 versam producunt fossam, uel ex uimineis coribus, ac humo-
 reple-

repletis, uel cultritos, uel centones, uel lanceos globos opponunt, quo tormentorum uis mollium obiectu irritetur, idque tantisper, donec intra aditus suffodiatur, & in aggerem erigatur. At si desit humus, milictum ordo, unus alteri urbes terra plenos porrigit, operi subueniat, & dum hi labore deficiunt, diu, noctuque dispropidere non intermittant; nam diu constitutis semel certo libramento maioribus tormentis, atque his ad libellam directis in ea, que antea destinauerant loca, globos cōtorqueant, post vineas erigunt, humiliores aggeres, ex quibus sclopetarij perpetua plumbearum glandium tempesta, subeuntia minori ausu è propugnaculis capita consternentur, usque dum ad imos muri pedes deuenerint.



T 2 Quomo-

*Quomodo mœnium quassationi occurrendum
sit. Cap. IX.*



Vrorum quassatione est visitatissimus vrbes expugnandi modus, ac in re bellica maioris ponderis, in qua vniuersa exercitus spes cōsistit, ob id accurriatius de ea dicendum. Primo hostes murorum coronam, siue propugnaculorum thoraces, vulgus parapetos vocat, muralibus tormentis decutiunt. Vbi iam mœnia deformata, ruinam minitancia, delapsaque conspiciuntur, & corona defensorum nudata, propugnaculorum latera, vbi fenestellæ sitæ sunt, deiecta, per murorum ruinas, quas prius tormenta fecerant, milites appositis scalis aggrediuntur, ut scandentes ea superuadant. Ad hoc remedium excoxitatum est, ne pinnæ latæ erigint, vel quadraginta pedibus fiant, ut si exterior pars ruat, saltem interior incolumis sit, ut defensores cum futuræ dimicationi se parant, habeant, quo se recipi valeant. Erectiores aggeres vulgo *bastioni* dicti, qui foris constituti, feriunt murum, & pinnas, & defensores è muro iictibus submouent, ne detur libera murum defendendi facultas, ut hæc irrita reddantur, tunc intus transuersi aggeres excitantur, & munitiones producuntur, ut validissimos iictus substineant, & à lateribus, & à fronte defensores protegant. Præterea fenestellæ, quæ ponè aures propugnaculorum sunt, dum incolumes erunt, prohibebunt ne hostes murum aggrediantur: nā ex ijs locis cautius feriuntur, & à tergo transfodiuntur, neque eorum manijs prohiberi possunt, nisi prius obceccatae, dirutæque fuerint. Sed neque offendì, neque dirui possunt, nisi totus humerus diruatur. At in hoc remedium adjuvamentum, ut humeri latiores, robustioresque fiant, octoginta, vel centum pedum. Deinde maximo erit impedimento fossæ latitudo & profunditas; nam si profunda erit, aggeris murus, siue *contrascarpa* altior prohibet, ut murorum concusso non nisi supra fasciam fiat, neque prouenantium murorum delapsa cémenta, ruderaque in fossam aggesta aggressuro militi scalam præbebunt, ut summum muri euadere, & coronam possiat occupare. Murus infra coronam quatì non potest, nisi in fossa

in fossa supercilio altiores aggeres erigantur, qui feriant murum, sed ius ex alto ad imum directi, languidores erunt, & non vehementissimi, ut necessitas efflagitaret, vel fossa murus, vulgo *contrascarpa* fecetur, & in fossam descendatur, quod non sicut sine laboris iactura, temporis, & militum consernatione, & ad hoc fenestellæ laterum imæ, quæ ad libellam contrascarpam feriunt, constitutæ sunt. Maximo quoque erunt mœniibus adiumento, si extima muri tunica supra arcus testudinata fuerit: nam si murus lassatus labat, non ob id proruget, nam scipsum supra suos arcus se continebit. Præterea propugnaculorum magnitudo valde præstat: nam si latera & fenestellæ dirutæ fuerint, in dirutarum margine possunt noui aggeres duci, & vallum, & miniendo militari peritia excogitata, latera egregie restaurari, ut eodem ferè fungantur officio, ut assultantium militum audaciam cohiberi, arcerique valeant. Ad hoc etiam propugnacula & aggeres excitari in faucibus propugnaculorum, maximam præstabunt opem, nam erectas munitiones supra murum è lateribus tuebuntur, ac muralium sularum glandibus hostes propulsabunt.

F I N I S.

Ego Fr. David Nigri de Casulis Ordinis. Pra-
dicorum Lector, & Pradicator Genera-
lis, ex speciali commissione Reuerendissimi
Patris Magistri Sacri Palatij, & admodum
Reuerendi P. Magistri Pauli eius socij,
perlegi prefatos tres libros D. Joa. Baptista
Porta Neapolit. de Munitione: & nihil in
eis reperi, quod vel fidei, vel bonis moribus
aduersetur; Quinimodo eos dignos esse censui,
qui Typis demandantur, ad communem
utilitatem: in cuius rei fidem manu propria
subscrisi. Romae die 5 Octobris 1606
Ita est Fr. David, qui sup. manu propri.

Imprimatur.

Fr. Paulus de Francis de Neap. Magist. & so-
cius Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apostol.

Petrus Antonius Ghibertus Locumtenens.

M. Cornelius Tiroboscus Prædicatorum Ordinis, Curie Ar-
chiepiscopalis Theologus.

N E A P O L I .

Apud Io:Iacobum Carlinum, & Costantinum Vitalem, 1606.

